Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26392
Copyright: Admont, Benediktinerstift



lacrimis offerens et exauditus est pro reverencia sua. Orant sanguinem Heb. xii. Accessistis ad sanguinis aspersionem melius loquentem quam abel. Orat in cotidie celebrant repetitam. Heb. ix. Intravit ac in ipsum celum ut appareat vultui dei pro nobis. Flos sacrificium offerendum pontifex pro populo. Cum officium pontificis est sacrificium offerre et ideo ipse fuit qui pro nobis se ipsum in sacrificium obtulit in maculatum deo. Cum autem sacrificium offerebat ignis accendebatur et ipse fuit accensus igne amoris quia ad eum descendit ignem veni mittere in terram. Isto igne fuit accensus Jo. xv. Maiorem hanc dilectionem habet ut animam suam ponat pro amicis suis. Fuit accensus igne doloris quo ardebat in eum et eum. Tre. i. O vos omnes qui transitis per viam attendite et videte si est dolor sicut dolor meus. Fuit accensus igne passionis quo ad carnem suam pertinet. Igne me examinasti et non est iniquitas in me. Flora prebendas dare pontifex distribuere. Aliquam officium pontificis est prebendas distribuere et ipse prebendas distribuit sicut dicit ambrosius. Mihi iubet auctor huiusmodi gaudia cum terrore pendens pietatis officia diuidere. Persecutorum aspis. Patrem discipulis corpus iudeis. Patri spiritum virgini paranimphum latini paradysum. Pictoribus infinitum. Vanis primitiuis crucem prime delegauit. Ecce in ipso fuit magna pacia in hoc quod iudeis furentibus se absentauit. Flos. Absentare debemus nos arrogantibus et contentiosis. Mihi dat nobis exemplum ne imitemur nos rigidis. Si homines rigidos et contentiosos vitemus et metuere qui ex minis correctoribus peiores fieri videntur. Sunt enim quidam qui sicut cera molli. Alii sicut lapides duri. Alii sicut spine pungentes dum molli si tangitur statim cedit et se duci permittit. Sicut et sunt multi ita metuiuerit quam tangunt et reprehendunt statim obediunt et adeo opus homini se duci permittunt in quorum presentia dicit psalmista. Factum est cor meum tamquam cera liquescens. Tales sic sepe amonendi quia sicut dicit crisostomus. Iustus si amonitus non fuit pneglegencia euanescit. Alii sunt sicut lapides lapis nisi tangitur non cedit. Tu non ledit quia sunt multi qui reprehendunt non obediunt. Hi insuper duricia persistunt. Job. xl. Cor eius indurabitur qui lapis. Omnium tamen hominum hunc quod contra se reprehendentes non mouent. Nam verba iniuriosa eis dicit. Tales ergo sepe amonendi et reprehendi quia sepe mollescunt et corrigunt quia sicut dicit Job. xviii. Lapides excauant aqua. Sicut nam lapides extreqnti casu aque sepe excauantur. Sic multociens homines duri extreqnti reprehensione corrigunt. Alii sunt sicut spine nam spine si tangunt non cedunt et insuper pungunt. Ita sunt multi qui qui reprehendunt non se corrigunt et insuper se reprehendentes verba contumeliosa fiunt et ideo oportet quod illi qui volunt reprehendere tales homines